

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

ITEM EPISTOLA MARCELLI PAPE AD MAXENTIVM TYRANNVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos reuocauit in admirabile lumen suum. Estote ergo charissimi prudentes & vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habete quia charitas operit multitudinem peccatorum, hospitales inuicem sine murmuratioe unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur quasi sermoes dei. Si quis ministrat tanquam ex virtute quam administrat deus ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum amen. Data, kalen. Aprilis, Maxentio & maximo, iiii. cc. concessi.

ITEM EPISTOLA MARCELLI PAPE AD MAXENTIVM TYRANNVM.



MARCELLVS EPISCOPVS SANCTE ET APOSTOLICE & catholice Urbis Rome Maxentio. ¶ Magistrabonorū omnium charitas que nihil rapit extraneum, nichil agit asperum, nichil confusum, nichil factiosum, nichil quod honori diuino repugnet, anime proprie noceat, aut proximi commodo derogat, oblita sui non que sua sunt sed que dei vel proximi querens, nemini inuidens, omnibus consulens, non seuiens sed compatiens, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia equanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animū a malis, seu ire desineres dei ecclesiam ac sanctos eius persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modestiam amplectereris. & bonis potioribus frui satageres, Charitas enim excercet corda, sensus corborat, ut nichil graue, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum eius sit proprium nutrire pacifica, seruare composita, dissociata coniungere, praua dirigere, et virtutes reliquas perfectionis sue munimie solidare. De ipsa ergo omnes monens apostolus ita loquitur dicens. Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem autem non habeam factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens, & si habuero omnem prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam charitatem autem non habeam nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam nichil michi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulantur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. ¶ Quisquis ergo in eius se radice inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, quia amore fecunditatis opus efficax non amittit. Licet modo charitas in persecutoribus ecclesie seruorum que dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus eius & in eos qui patiuntur propter iustitiam, de quibus ipsa per se veritas testatur dicens, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & alibi, si me persecuti sunt & vos persequentur, potius enim nos & omnes domini sacerdotes, qui eius videlicet sunt veri sacerdotes elegimus propter iustitiam, & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis diuitiis ditari, honoribusque copiosissimus abundare, & celesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa eterna, ista caduca & ad horam transeuntia illa vero perpetua & sine fine mansura. Tu ergo qui nos suades cultum dimittere diuinum, & a recta fide recedere, diis que immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabile te preberes omnesque exhortareris fidei documenta & diuini cultus ministeria ita tenere sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita predicauerunt & docuerunt. ¶ Boni enim principis ac regis est ecclesias contritas atque scissas restaurare, nouas edificare, & dei sacerdotes honorare, atque tueri. Vnde sanctos apostolos eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neque expellere eterni regis dispensatores, sed si qui expulsi fuerint aut suis rebus expoliati primo omnia legaliter reddi que eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias cum omnibus ad se pertinentibus regulariter restitui, & postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam, nec liceat ei priusquam fiant hec de se iuxta statuta predictorum respondere, aut de suis impetitionibus si se viderit pre-

grauari reddere rōnē. Sed his rite pactis suisq; oib; libere dispositis, si tū iuste videtur suis rñdeat ac-
 culatorib; & iducias si ei necesse fuerit accipiat nō modicas, vt explorare valeat ea que obiciūtur ei, ne
 aliq; delusus fraude inocēter ruat, quoniā nō oportet quēq; iudicare vel dānare priusq; legitimos hēat pñ-
 tes accusatores locūq; deffendēdi accipiat ad abluēda crimīa. Vñ ait ppheta, Priusq; agnoscas nō iu-
 dices quēq;. In hoc ergo qđ epī & reliqui serui dei psequuntur nō tātū ipī psequūtur qđ ille cuius vi-
 ce funguntur sicut scriptum est. Qui vos tangit tangit pupillam oculi mei. Et alibi, qui vos contri-
 stauit me cōtristauit, & qđ facit iūriā recipiet id qđ iniq; gessit, vos ergo licet corpora nra possitis occide-
 re animas tamen nō potestis occidere, nec gradus nobis diuinitus collatos potestis auferre. Synodū
 ergo absq; huius sancte sedis auctoritate episcoporum, quamq; quosdā epōs possitis congregare, non
 potestis regulariter facere, neq; vllum episcopum qui hanc appellauerit apostolicam sedem damna-
 re, antequā hinc sententia finitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudiciis libellis vtuntur ap-
 pellatoriis quanto magis sacerdotibus hec eadem agere licet, qui super illos sunt de quibus dictū est
 Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes, & ideo nullus episcopus nisi in legitima synodo suo tempore
 apostolica, aut regulari auctoritate conuocata super quibuslibet pulsatus criminibus audiat vel iu-
 dicetur, ne innocens damnetur aut perdat communionem. ¶ Quod laici aut suspecti episcopos nō
 debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit & a beato Cle-
 mente ipsis cum instruētib; apostolis legimus deffinitum, & nos eadem firmamus, quoniā iudē
 odio multociens incensi recte viuētes, atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona, si-
 des vita, & conuersatio atque suspitio accusantium enudeatim primo inquirēda est, deinde que obij-
 ciuntur fideliter ptractanda, quia nihil ante fieri debet quā impetitorū vita & suspitio, atque odium
 inquiratur. Et si bone cōuersatiōis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici aut odio resperfi fuerint
 nequaq; in episcoporum recipiātur accusatione. Hec vobis a quibus minis infeste persequimur scien-
 da mandamus, vt ab his vos caueatis, & cessetis persequi eos, qui deo ministrant, quorum orationib;
 & terrena bella sedantur, & deus peccatoribus conciliatur, & si amplius nos elegeritis persequi quam
 deo placere, & nos magis eligimus sustinere persecutionem quam regulam confundi ecclesiasticam
 hortante nos ipsa veritatis voce, atque testante ita. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā au-
 tem non possunt occidere, Et iterum. Si quis vult venire post me abneget semetipm & tollat crucem
 suam & sequatur me, qui enim voluerit animā suam saluam facere perdet eam. Qui autem perdidit
 rit animam suā propter me inueniet eam. Quid enī prodest homini si mundū vniuersum lucretur
 aīe vero sue detrimētū patiatur? Aut quā dabit hō cōmutationē p aīa suā? Fili; enī hoīs vtēt? ē i glia
 pñs sui cū angelis suis, & tūc reddet vnicuique scdm ei op. ¶ Ista vobis valde timēda & cauēda sūt, a
 qb; ecclesia dei eiusque ministri vexātur & psequūtur, qb; dñs p pphetā minādo loqutur dices. Hō i
 honore nō cōmorabitur assimilāt iūmentis exeqt? ē. Hec ē via eorū ispiētia eorū, & post eos iuxta os
 eorū curret, quasi oues in iferno positi sūt, mors pascet eos, & subiiciēt eos recti i matutino, & figura eo-
 rū cōteretur i inferno post hitaculū suū, verūtū de? redimet aīam meā de manu inferi cū assumpserit
 me. Noli timere cum ditatus fuerit vir, cū multiplicata fuerit glia domus eius, neque enī moriēs tollet
 omnia nec descēdet post eū glia ei. Quia aīe sue in vita sua bñdicet. Laudabūt te cū bene fuerit tibi
 Intrabit vsque ad generationē patrū suorū vsque in finem non videbit lumen, hō cum in honore esset
 non commouebitur assimilatus iumentis exequatus est, & alibi, quid gloriaris in malicia, potens mi-
 sericordia dei, tota die insidias cogitauit lingua tua, quasi nouacula acuta faciēs dolum. Dilexisti ma-
 liciā magis quā bonū, mendaciū magis quā loqui iusticiā. Dilexisti oīa verba ad deuorandū, lingua
 dolosa. Sed de? destruet te in sempiternū, terrebit & euellet te de tabernaculo, & eradicabit te de ter-
 ra viuentiū, Et videbūt iusti & timebūt, & sup eū ridebūt. Ecce vir qui nō posuit deū fortitudinē suā,
 sed spauit in multitudine diuitiarū suarū cōfortat? ē in insidiis suis. Ego aut sicut oliua virēs i domo
 dei speraui in mīa dei in scdm, & in eternū cōfitebor tibi in seculū quoniā fecisti, & expectabo nomen
 tuum quoniā bonū in conspectu scōrū tuorū. ¶ Ista vobis oīa ad interitū, nobis at ad cōfortationē
 ne peream? dicta sunt. Vobis ergo ideo hec scribimus qđ debitores vobis sumus dicēte dño diligite
 inimicos vestros benefacite eis qui vos oderunt. Et alibi scriptura loquitur dicens. Si esurierit inimi-
 cus tuus ciba illum, si sitit potū da illi. Hoc enī faciēs carbōes ignis cōgregas sup caput eius. His ful-
 ti auctoritatib; bellū qđ aduersū nos excitatis adeo feliciter dextera dñi ptegēte nos atq; p nobis pu-
 gnāte pacifice portare cupim; vt triūphāte xpō oīm verorū fiat vna victoria sacerdotū, & choruscante
 lumine veritatis sole erroris tenebre cum suis auctoribus pellantur, quia nō est in hominis potestate
 consilium dei

te consilium dei. Iustus est enim dominus & omnia iudicia eius iusta sunt, atque omnis via eius misericordia & veritas & iudicium. In manu domini potestas terre, cui execrabilis est omnis iniquitas, in manu dei potestas hominum, & super faciem scribe imponetur honor suus. Perdidit deus memoriam superborum & inique agentium, & non dereliquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit deum, quia si vita eius in probatione fuerit corroborabitur, & si in tribulatione liberabitur. Si vero in correptione fuerit, ad misericordiam perveniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit deus tranquillitatem, & post lachrymationem & fletum exultationem infundit. Benedictus dominus deus patrum nostrorum qui cum iratus fuerit misericordiam faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est dominus in eternum, & ipse reget nos in secula, quoniam regnum eius permanet in secula seculorum. Amen. Data. xvi. kal. februarii, Maxentio & maximo. iiii. cc. cons.

INCIPIUNT DECRETA EVSEBII PAPE.



CARISSIMIS FRATRIBVS DOMINO ET DEO

dilectis episcopis omnibus per gallicanas provincias constitutis Eusebius. Scripta sanctitatis vestre cum magna gratiarum actione suscepi gaudium scilicet de vestra sospitate, sed contristatus nimis de vestra oppressione. Quod significatis enim quid de conversis hereticis fieri debuisset. Scitote nos eos qui in sancte trinitatis fide baptizati sunt per impositionem manus suscipere. De accusationibus vero clericorum super quibus mandastis, scitote a tempore apostolorum in hac sancta urbe servatum esse, accusatores & accusationes quas exterius consuetudinem leges non asciscunt a clericorum accusatione submotas. Similiter laicos non accusasse episcopos hactenus observatum & constitutum est, quia eiusdem non sunt conversationis. Et oppido eis quidem infestis existunt, quippe cum vita & secreta eorum a laicorum actibus debeant esse remota, nec ab his impetiri debeant, quorum castitatem & gravitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. De ipsis vero suis videlicet agricultoribus atque ministris dominus laicis & cunctis eos persequentibus ait, Nolite tangere christos meos & in prophetis meis nolite malignari. Et ipsa sacra scriptura dicit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Talia enim & his similia sancti patres providentes pericula laicos seculo militantes ab accusatione sacerdotum prohibere, similiter servos & liberos, atque censibus publicis vel privatis subiugatos, omnesque infames ab eadem accusatione vel tergiversatione submoverunt. Non enim oportet ut permittantur carnales spirituales persequi, nec sceleribus irretiti, vel seculo militantes, episcopos infamare, vel lacerare, aut crimine opponere. Nam si hoc apostoli aut successores eorum permitterent per pauci remansissent, qui domino in sacerdotali ordine militassent. Idcirco & nos sequentes patrum vestigia, pro saluatione servorum dei quascunque ad accusationem personas leges publice non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submo-
Auemus, & nulle accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis que legibus seculi prohibentur. Quapropter illi quibus indita est ad vnguem polita, perfectio talia silere debent, ita ut nec mutilentur nec preponantur, nec illi qui aut in fide catholica aut inimicitia suspecti sunt ad pulsationem predictorum admittantur, quia veritatis professores infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt aut admittendi qui aliorum sponte crimina confitentur, & ideo replicanda est sollicitudo veritatis, quam sponte prolata in illis vox habere non potest, hanc diversis cruciatibus & latebris suis religiosus tortor exigere debet, ut dum penis corpora solvantur que gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Vnde queso primum ad leges publicas deinde ad iudices ora convertite, qui possunt & volunt in defensione omnium iuste loqui. Nos enim quos dei servitium post istarum rerum obiectionem fecit ingenuos, qui talium insultationes, aut contumelias, aut despiciamus, aut deridemus quibus scriptum est de famulis & vulgi hominibus per apostolum. Memoretote quia vestri & aliorum dominus in celis est, ad hec seculi mala reuocabimur. Faciendum a nobis est quod facientem alterum profanum esse contendimus. Quod per ministerium iussionis & manus aliene incestaret aspectum nostro pagetur impio, nolite hanc per universas ecclesias mentem rapacium luporum more & natura servare, quia postquam nos maculat forte per desideria eorum cruenta discussio, effectum in his quotedunt non habebunt. dicite nobis propheta, Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labiis, & reducamus eos in viam rectam, quia eodem propheta asserente impugnatur qui dicunt, erunt quasi non sint, & pibunt viri qui contradicunt nobis. Infames enim sunt proculdubio impugnatores episcoporum omnesque qui aduersus patres armantur, & conculcatores ecclesiarum sacerdotumque eius, & qui de publicis fugiunt preliis, & mandata dei continent, & qui aliqua culpa infamie aspguntur macu-

lis his omnibus impugnandi episcopos patrum sequentes instituta, & nos licentiam submouemus, quia sic odit deus eos qui patres persequuntur, ut patrum inuatores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo iuste & regulariter respuuntur. Nunc longa non opus est admonitione, iam perditis odium debemus operire de quibus iam non superest quod daretur auctoribus de quibus dominus per prophetam loquitur dicens, Reprobantes verbum sperastis in calumnia & in tumultu, & estis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio, rursus etiam de talibus propheta clamat dicens. Accedite huc semen adulterii & fornicarii, Super quem iurastis, super quem dilastis os & eiecistis linguam: Numquid non vos filii scelesti estis semine mendax? Cessent impii commentitia aduersus simplices iam fraude mentiri. Custodi (inquit propheta) linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo & fac bonum, quere pacem & persequere eam. Oculi domini ad iustos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, & paulopost, Interficiet impium malicia, & odientes iustum culpabuntur.

A Nos quanquam multa patiamur a talibus, diligamus nos charissimi inuicem, quoniam charitas ex deo est. Et omnis qui diligit ex deo natus est & cognoscit deum. Qui non diligit non nouit deum, quia deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum ut viuamus per eum. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum pro peccationem pro peccatis nostris. Charissimi si deus dilexit nos & nos debemus alterutrum diligere, Deum nemus vidit unquam. Si diligamus inuicem deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est, in hoc intelligimus quoniam in eo manemus & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis, & nos vidimus & testificamur quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei deus in eo manet, & ipse in deo, Et nos agnouimus & credimus veritati, quam habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo, In hoc perfecta est charitas nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum quoniam deus prior dilexit nos, Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum quem videt deum, quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum a deo habemus, ut qui diligit deum diligat & fratrem suum. Omnis qui credit quoniam Iesus est christus ex deo natus est, & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognouimus quoniam diligimus natos dei cum deum diligamus, & mandata eius faciamus, hec est enim charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Et mandata eius graua non sunt, quia omne quod natum est ex deo, vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam christus est veritas, quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus sanguis & aqua, & hii tres vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus testimonium dei maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei habet testimonium dei in se. Qui non credit filio mendacem facit eum, quia non credit in testimonio quia testificatus est de filio suo deo. Et hoc testimonium est, quoniam vitam eternam dedit nobis deo, Et hec vita in eius filio. Qui habet filium habet vitam, qui non habet filium dei non habet vitam. Hec scribo vobis ut sciatis quoniam vitam habebitis eternam, qui creditis in nomine filii dei. Et hec est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audiet nos, Et scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est & est peccatum ad mortem, Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat sed generatio dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus enim quoniam ex deo sumus & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum verum & simus in vero filio eius, hic est verus deus & vita eterna. Propter mala sua multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Benedictio autem dei in mercedem iustissime stinat, & in honore boni processus illius fructificat. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.

Scitote charissimi pro ea pietate que vobis dei famulis impendenda est, omnes suggestiones vestras fidei catholice profuturas me dignater suscepisse, ut ipsarum quoque opere &

opere & pax christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus, aut his similibus aliquid fuerit deliberandum celeriter ad nos relatio dirigatur, ut per tractata qualitate horum nostra quid observari debeat sollicitudo constituat. Data, vi. kalen. August. Constante con.

ITEM EPISTOLA EVSEBII PAPE AD EGYPTIOS.



EVSEBIUS ROMANE ET APOSTOLICE ECCLE-

sie episcopus dilectissimis in charitate christi unanimis charitatis glutino cone-
xis fratribus p Alexandriam & egyptum dno militantibus & recta fide tenen-
tibus in dno salute. **B**enedictus deus & pater domini nostri Iesu christi pa-
ter misericordiarum & deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribula-
tione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt p exhortatione
q exhortamur ipsi a deo quonia sicut abundat passiones christi in nobis ita & per christum
abundat consolatio nostra. Siue aut tribulamur p vestra exhortatione & salute siue exhortamur pro
vestra exhortatione & salute que opatur in tolerantia earundem passionum quas & nos patimur & spes
nostra firma est p vobis scientes quonia sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. Vetera di-
lectissimi transierunt & ecce facta sunt nova. Oia aut ex deo qui reconciliavit nos sibi per christum & dedit
nobis ministerium reconciliationis, quonia quidem deus erat in christo mundum reconcilians sibi non reputans
illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis p christo ergo legatione fungimur tan-
quam deo exhortante p nos. Obsecramus p christo reconciliamini deo. Eum qui non novit peccatum p
nobis peccatum fecit ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. Adjuvantes aut exhortamur ne invacuum
gratiam dei recipiatis. Aut enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuvi te. Ecce nunc
tempus acceptabile, ecce dies salutis nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium
nostrum, sed in oibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationi-
bus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in
ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate & suavitate in spiritu sancto, in charitate non ficta, in ver-
bo veritatis, in virtute dei, p arma iustitie a dextris & a sinistris, p gratiam & ignobilitate, p infamiam &
bonam famam, ut seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti quali morientes & ecce vivimus, ut casti
& non mortificati, quasi tristes semper aut gaudentes, sicut egentes, multos aut locupletantes, tanquam ni-
hil habentes & oia possidentes. Os nostrum patet ad vos charissimi cor nostrum dilatatum est. Non angustia
mini in carnalibus, angustiamini aut in spiritualibus. Eandem aut habentes remunerationem, tanquam filiis
dico dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus, Quae aut participatio iustitie cum iniquitate
aut que societas luci ad tenebras? Quae aut conventio christi ad belial? Aut que pars fidei cum infidei, quis
aut consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei vivi sicut dicit dominus. Quonia inhabitabo
in illis & inambulabo & ero illorum deus, & ipsi erunt michi populus, propter quod exite de medio eorum &
separamini de medio eorum dicit dominus & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos & ero vobis in patre,
& vos eritis michi in filios & filias, dicit dominus opus. Has igitur habetes promissiones charissimi mudemus
nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore dei. Error vestrum corrigite fra-
tres, & ab omni erroris macula vos custodire ut purum deo munus offerre valeatis. Servos dei nolite persequi
Episcopos nolite infamare neque accusare, quia deus eos suo iudicio voluit reservari. Quod enim non ab humanis
aut prave vite hominibus eos depravari aut accusari voluit ipse dedit exemplum, quando per seipsum & non per
alium negociantes eiecit sacerdotes de templo & mensas numulariorum proprio evertit flagello, & eiecit de tem-
plo, & sicut alibi ait, Deus stetit in synagoga deorum in medio aut deos discerint. Dei ergo ordinationem
accusat, qui episcopos accusat vel condemat, dum minus spiritualia quam terrena sectatur. **C**ausa enim fidei & dile-
ctionis quibus salus christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuens ne prauitas que
in suis fuerat deputata principibus processu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis est atque inco-
gruum eos qui episcopos vel reliquos veros sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretione
misceri cum iam natura impietate non deserentes ipsi sua prauitate condemnantur, quos convenit percellere, per perfidia aut
liberare per veniam, quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam reddi, ita iustum est oia perturban-
tis auctoritatem amputari. Miror charissimi quare tam cito meuemini atque a vestro sensu transferimini
cum scriptum sit, Post concupiscentias tuas non eas & a voluntate tua auertere. Si prestes anime tue concu-
piscencias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in modicis. Adest enim con-
missio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fenore, & non est tibi nichil in seculo. Eris enim
inuidus tue vite. Operarius ebriosus non locupletabitur, & qui spernit modica paulatim decedet.

vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos, & qui se iungit fornicariis erit nequam, putredo & vermis hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius & tolletur de numero animae eius. Qui credit cito levis corde est, & minorabitur, & qui delinquit in animam suam insuper habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur, & qui odit correptionem minuetur vita. Et qui odit loquacitatem extinguit maliciam. Qui peccat in animam suam penitebit, & qui iocundatur in malitia denotabitur, ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare sensum tuum, & si est tibi delictum noli denudare, audiet enim te & custodiet te, & quasi deffendens peccatum odiet te, & sic adheret tibi semper. Audisti verbum aduersus proximum, commoriatur in te fidens quoniam non te disrumpet, a facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis. Sagitta infixata femori carnis, sic verbum in corde stulti. Corripe amicum ne forte cum fecerit iniuriam & non intellexerit dicat non feci, aut si fecerit ne iterum addat facere. Corripe proximum ne forte non dixerit. Et si dixerit ne forte iteret, Corripe amicum, sepe enim sit commissio, & non omni verbo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequam commineris & da locum timori altissimi, quia omnis sapientia & scientia timor dei, & in illa est timere deum, & in omni sapientia dispositio legis. Non est sapientia neque scientia, & non est cogitatus bonus nisi in illa. Peccatorum prudentia est nequitia & in ipsa execratio, & est insipiens qui imminuitur sapientia. Melior est homo qui deficit sapientia & deficit sensu in timore quam qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua, & est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Et est iustus qui senium submittit a multa humilitate, & est iustus qui inclinat faciem & fingit non videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursum faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enuntiant de illo. Est correptio mendax in ore contumeliosi, & est iudicium quod non probatur esse bonum, & est tacens & ipse est prudens. Quam bonum est arguere quam irasci, & confitentem in oratione non prohibere. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenulam, sic qui facit per vim iudicium iniquum. Quam bonum est correpto manifestare penitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens non habens sensum loquere, est & tacens tempus sciens apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Qui multis utitur verbis ledit animam suam, & qui potestatem sibi assumit iniuste odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum. Est datum quod non est utile, & est datum cuius retributio duplex, sed propter gloriam minoratio, & est qui ab humilitate leuabit caput. Est qui multa redimat modico precio, & est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratie autem fatuorum effunduntur, datum insipientis non erit utile tibi. Oculi enim illius septemplexes sunt. Exigua dabit & multa improperebit, & apertio oris illius inflammatio est, hodie fenerat quis & cras expetit & odibilis homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsae linguae sunt quoties & quoties irridebunt eum, neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit, similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsae linguae quasi qui a paupere cadens, sic casus malorum festinanter veniet. Homo ingratus quasi fabula vana in ore indisciplinatorum assidue erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur peccare ab inopia & in requie sua stimuletur, Est qui perdet animam suam per confusione, & ab imprudenti persona perdet eam, persone autem acceptione perdet se. Est qui per confusione permittit pro amico & lucratus est cum inimicum gratis. Opprobrium enim nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Laudat furem assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

A ne. ¶ Vos fratres amonemus pro futura hominibus inuicem indefinenter sectari in charitate christi, similiter obsecramus vos in domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus & unum spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre unum dominum, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vnicuique autem nunc data est gratia, secundum mensuram donationis christi, propter quod dicit ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit

descendit ipse est & qui ascendit super oēs celos vt adimpleret oia. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos, quosdam autē prophetas, alios vero euāgelistas, alios autē pastores & doctores ad cōsummationem sanctorū in opus ministerii in edificationē corporis xpī, donec occurrām oēs in vnitatem fidei & agnitionis filii dei in virū pfectum, in mensurā etatis plenitudinis xpī, vt iā non sim⁹ puuli fluctuantes & circūferamur omni vērō doctrine in nequitia hoīm in astutia ad circūuentionem erroris de occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquū est, & eū cuius nō videtur nisi opera bona, peccatū est ex suspitione reprehēdere. Oues ergo que pastori suo cōmisit sunt eū nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitauerit) debēt, nec vllatenus accusare possunt, quia facta pastorū oris gladio feriēda nō sunt, quāq̃ recte reprehēdenda videātur. **I**deo ista dicim⁹ quia in scripturis vestris reperim⁹ quosdam episcopos nostris in p̃tibus a p̃p̃riis ouib⁹ accusatos, aliquos videlicet ex suspiciōe, & aliquos ex certa ratione, Et idcirco quosdā esse reb⁹ suis expoliatos, quosdā vero a p̃p̃ria sede pullos. Quos scias nec ad synodū cōprouincialē nec ad g̃nalem posse vocare, nec in aliquid iudicare anteq̃ cuncta que eis sublata sunt legib⁹ potestati eorū redintegrentur. Pri⁹ ego oportet oia illis legibus redintegrari, & ecclesias que ei sublatae sunt cū omni p̃uilegio suo restitui, & postmodum non sub angustis t̃p̃is spatio sed tantū t̃p̃is spatiū eis indulgeatur quantū expoliati vel expulsi esse videtur anteq̃ ad synodum cōuocentur, & ab oib⁹ quib⁹q̃ sue p̃uincie episcopis audiātur. Nā nec cōuocari ad causam nec di iudicari pōt expoliatus vel expulsus, quia nō est p̃uilegium quo expoliari possit iā nudatus, Vnde & antiquitus decretū est, vt oēs possessiones & omnia sibi sublata atq̃ fructus cūctos ante litē contestatam p̃ceptor vel p̃imas possessori restituat. Et alibi scriptū habetur, Ille qui violentiā pertulit vni uersa in statu quo fuerāt recipiat, & que possidet securus teneat, Et alibi, In synodalibus patrū decretis & regū edictis legitur statutum. Redintegrandi sunt oia expoliatis vel eiectis ep̃is presentia liter ordinatione pontificū, & in eorū vnde abscesserunt loca funditus reuocāda quacūq̃ conditione t̃p̃is aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascūq̃ iniustas causas res ecclesie vel p̃p̃rias aut substantias suas pdidisse noscūtur, ante accusationē aut regulārē ad synodum vocationem eorum, & reliqua, Est etiam in antiquis ecclesie statutis decretū, vt qui aliena inuadit nō exeat ipunitus, sed cū multiplicatione omnia restituat. Vnde & in euangelio scriptum est, Quod si aliquid defraudaui reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautū habetur. Qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est indecuplū que sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur. Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus. Amen. Talia ergo non presumantur absq̃ vltione, nec exerceantur absq̃ sua dampnatione, Pacem & non dānum aut iniustitiam alicuius secta mini inuicem & in omnes. Veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia qui est caput christus, ex quo totum corpus compactum & connexū per omnem iuncturam sub ministratiōis secundum operationem in mensuram vnius cuiusq̃ membri augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. De cetero charissimi gaudete & perfecti estote exhortamini. Idem sapite pacē habete & deus pacis & dilectionis erit vobiscū, dominus custodiat vos & nunc & in die eternitatis, Amen. Data. ix. kalēd. Octobris constante. cc. concessi.

ITEM EPISTOLA EVSEBII PAPE EPISCOPIS TVSCIE ET CAMPANIE.



BILECTISSIMIS FRATIBVS VNIVERSIS EPISCOPIS per Campaniam & Tusciam constitutis Eusebius. **B**enedictus domin⁹ deus noster qui per misericordiam suam Romanā ecclesiam beati Petri apostolorū p̃cipis sacerdotio ditauit, nobisq̃ viam monstrandam circa nos propter vniuersalem curam que nobis propter p̃uilegium eiusdem ecclesie charitas indulsit qui coherem⁹ firmitate fidei iungamur quoq̃ votiuā iocunditate colloquii, quo facilius dum per litterarum ministeria ad vos vsq̃ pertēdimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitem⁹, & dum dilectionis nostre spei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa deum monstremus affectum.

Iungamus ergo dilectissimi fratres continuas & humiles preces, & deum nostrum oris & cordis lacrimis supplicantes iugī deprecatione poscimus, vt institutione & opere illi cuius esse membra cupimus hereamus nec vnquam ab illa viā que christus est deuio tramite declinemus, ne ab eo iuste quem nos impiē relinquimus deseramur infelices. **Q**uod cum superni fauoris auxilio